GENERA, SPECIES ET SYNONYMA
CANDOLLEANA

ALPHABETICO ORDINE DISPOSITA,

SEU

INDEX GENERALIS ET SPECIALIS

AD

A. P. DECANDOLLE

PRODROMUM SYSTEMATIS NATURALIS
REGNI VEGETABILIS.

PARS I. - 2

(CONTINENS TOMOS OPERIS CANDOLLEANI QUATUOR PRIORES).

AUCTORE

H. W. BUEK, M. D.

BEROLINI,
SUMPTIBUS LIBRARIAE NAUCKIANAE.

1840 - 1842.

BOTANICIS QVIBVSCVNQVE,

MEMORIAM

BEATI A. P. DECANDOLLE

PIO GRATOQVE ANIMO

COLENTIBVS,

HOCCE OPVSCVLVM

D. D. D.

AUCTOR.

PRAEFATIO.

Prior haec pars Indicis Candolleani multo serius in lucem editur, quam ipse et putaveram et optaveram. Verum hoc non mea accidit culpa, quum manuscriptum, ut typis exscriberetur, jam ante hoc biennium, omnibus partibus suis absolutum et perfectum, in officinam librariam permissum esset. At hoc exscribendi negotium tam tarde administrabatur et propter difficultatem typorum componendorum, curamque tollendis operarum peccatis a me ipso insumptam et temporis jacturam inde factam, quum in singulis semi-plagulis Berolino Hamburgum mittendis et remittendis plures dies consumerentur, non multo quidem promptius administrari poterat, ut opus, cujus perfectio ad nundinas St. Michaelis anni superioris promissa erat, nunc demum confectum prodire posset. Quam moram eo magis doleo, quum benevolum Botanicorum favorem in excipienda posteriore Indicis parte huic priori, tomos paullulum antiquiores et vetustate paene detritos Prodromi Candolleani complectenti, non eodem modo sperandum esse haud ignorem, praesertim quum interea Nomenclator Steudelianus nova ac locupletissima editione ornatus prodierit et fructum ex Indice meo a Botanicis percipiendum minus largum et quasi cassum

redditurus videri possit. Reperiuntur enim in isto opere, praeter alia multa, nomina quoque et synonyma pleraque in Prodromo Candolleano exhibita, diligentissime et accuratissime collecta et literarum ordine posita. Quod opus si meo Indice prius in lucem emissum esset, non facile ad Candolleanum Indicem edendum animum induxissem. Quum vero, Steudeliano Nomenclatore edito, Indicis mei pars altera absoluta, pars prior jam sub prelo esset, a continuando opere non destiti, quoniam mihi persuaseram, ex accuratiore ejus cum Steudeliano libro comparatione, id quod mihi propositum fuerit, viros harum rerum peritos, etiam me tacente, intellecturos esse. Equidem in eo elaboravi, ut facilior esset et magis expeditus Prodromi Candolleani usus per Indicem, qualem ego conficere studui. Hoc autem commodum Steudelianus Nomenclator, quippe qui aliud spectet latiusque pateat, praestare vel non potest, vel non eodem modo praestabit.

Num pars Indicis tertia in posterum a me edenda sit, uti in praefatione posterioris partis indicavi, pro certo nunc promittere non ausim. Pendet enim haec continuatio partim, et quidem maxime, ex continuatione ipsius Prodromi, per acerbam nec satis lugendam Celeberrimi Candollei mortem interrupti, sed, uti Celeberrimus Candolleus filius spem nobis fecit, non abjecti operis, partim ex favore et studio, quo duas priores partes excipient Botanici, atque ex fructu, quem bibliopola inde sibi percipere posse videatur, partim denique ex otio et viribus mihi ipsi porro non deficientibus. Chartae manu mea scriptae tertiae partis principium continentes, quatenus adhuc confici poterant, sectionem alteram tomi septimi Prodromi complectentes, jam pridem paratae et absolutae, mihique in perlustranda hac Prodromi sectione non inutiles, urbi nostrae luctuosissimis illis diebus 5-7 m. Maji,

una cum domo mea, maxima bibliothecae parte, herbario et collectione carpologica, saevis quidem flammis consumptae sunt, sed damnum ejusmodi est, quod caeteris facilius resarciri potest et caeteris prius etiam restituetur. Atque hic non possum quin, exoptata opportunitate oblata, lubenter gratum meum animum declarem atque testificer Botanicis, quum Germanis, tum peregrinis, viris ex longa consuetudine amicissimis aeque ac nomine tantum mihi notis, qui et prompte et liberaliter ex ipsorum herbariis thesauris mecum communicantes, uberrimis donis vel jam permissis vel in posterum transmittendis restituendo meo herbario auxilium ferre non dubitarunt.

Occurrunt in his primis quatuor voluminibus operis Candolleani, quorum nunc editurus sum Indicem, nomina quoque nonnulla, lapsu memoriae ab Illustrissimo auctore bis posita, in ipso Indice a me notata, quorum alterum ubicunque mutandum est. Mutationes istas jam prius cum mutationibus in altera parte Indicis instituendis Celeberrimo Candolleo proposui, ut ipso approbante in hac praefatione ederentur. Quum vero interea laudatum illud et certe maxime laudandum Celeberrimi Steudelii opus prodisset, in quo nomina ista delenda accuratissime indicata et nova illis substituta reperiantur, propositas a me et probatas ab ipso Ill. Candolleo mutationes, quantum ad quatuor priores Prodromi tomos spectant, omnino rejiciendas eorumque loco Steudelianas esse adhibendas non dubitavi, quantum vero ad tomos tres posteriores pertinent, non revocandas eas putavi, quum in praefatione ad posteriorem partem Indicis, mense Augusto a. 1840, Steudeliano Nomenclatori, annum 1841 nuncupanti, certe prius, a me propositae sint. Quae vero bisnominata in omnibus septem tomis operis Candolleani haec sunt:

Tom. I.

Ranunculus japonicus *Thunb.* I. 29 (No. 23) *et* R. japonicus *Langsd.* I. 38 (No. 107); *uterque delendus; prior cum* R. Gmelini *DC. posterior cum* R. Langsdorfii *Spr. conjungendus.*

Cleome arborea *H. B. et K.* I. 238. (No. 2) *et* C. arborea *Schrad.* I. 242 (No. 53); *posterior delenda; est enim observante Steudelio* Crataeva acuminata *DC.*

Grewia villosa *Roth* I. 511 (No. 41) *et* Gr. villosa *W.* I. 512 (No. 47); *prior a Celeb. Steudelio* Gr. Heynii *nuncupata.*

Tom. II.

Ilex elliptica *H. B. et K.* II. 15 (No. 13) *et* I. elliptica *Don* II. 15 (No. 19); *utraque delenda; prior cum* I. Paltoria *Pers.*, *posterior cum* I. Doniana *DC. conjungenda.*

Crotalaria pumila *Schrank* II. 128 (No. 44) *et* C. pumila *Ort.* II. 132 (No. 94); *prior est* C. pusilla *Roth.*

Trifolium reflexum *W. et Kit.* II. 197 (No. 61) *et* T. reflexum *L.* II. 201 (No. 90); *nomen prius in* T. reclinatum *W. et Kit. mutandum.*

Trifolium congestum *Guss.* II. 198 (No. 66) *et* T. congestum *Guss.* II. 207 (No. 141), *a Celeb. Steudelio conjunguntur, ex descriptione vero diversa videntur; nomen prius itaque delendum, mihi* Trif. catanense.

Trifolium rupestre *Ten.* II. 201 (No. 94) *et* T. rupestre *Ten.* II. 207 (No. 136), *a Celeb. Steudelio conjunguntur quoque, ex descriptione vero omnino diversa; posterius mihi* Trif. Tenoreanum.

Tephrosia brachystachya *DC.* II. 249 (No. 4) *non uti habet Celeb. Steudelius* (No. 41) *et* Tephr. brachystachya *DC.* II. 253 (No. 41); *posterior, in nomenclatore Steudeliano omissa, mihi* Tephr. Leschenaultiana.

Tephrosia sericea *DC.* II. 249 (No. 5) *et* T. sericea *Pers.* II. 255 (No. 67); *prior ex Steudelio ad* T. suberosam *DC. conferenda.*

Desmodium diffusum *DC.* II. 335 (No. 88) *et* D. diffusum *DC.* II. 336 (No. 106); *prior est, docente Steudelio,* D. elongatum *Wall.*

Cassia triflora *Vahl* II. 498 (No. 109) *et* C. triflora *Jacq.* II. 502 (No. 152); *posterior ex Celeb. Steudelio* Cassia venosa *Cast.*

Rosa ambigua *Waitz* II. 605 (No. 38) *et* R. ambigua *Lejeun.* II. 625 (No. 145); *prior ex Celeb. Steudelio ad* R. caninam *L. referenda.*

Tom. III.

Myrcia polyantha *DC.* III. 252 (No. 72) *et* M. polyantha *DC.* III. 255 (No. 97); *posterior Celeb. Steudelio* Myrcia Kunthiana.

Eugenia maritima *DC.* III. 271 (No. 73) *et* E. maritima *DC.* III. 282 (No. 162); *posterior* Eugenia acapulcensis *Steud.*

Passiflora pallida *L.* III. 323 (No. 11) *et* P. pallida *Lour.* III. 331 (No. 116); *posterior secundum Clar. Steudelium* Passiflora cochinchinensis *Spr.*

Mesembryanthemum curvifolium *Haw.* III. 436 (No. 181) *et* M. curvifolium *Haw.* III. 439 (No. 199); *posterius observante Celeb. Steudelio cum* M. ceratophyllo *W. conjungendum.*

Tom. IV.

Saxifraga fimbriata *Don* IV. 21 (No. 17) *et* S. fimbriata *Wall.* IV. 45 (No. 137); *posterior* Saxifraga Wallichiana *Steud.*

Loranthus anceps *Desv.* IV. 289 (No. 21) *et* L. anceps *DC.* IV. 315 (No. 214); *posterior ex Steudelio* Loranthus oblongo-ellipticus *Pohl.*

Loranthus elegans *Mart.* IV. 291 (No. 36) *et* L. elegans *Wall.* IV. 304 (No. 139); *posterior* Loranthus elegantulus *Steud.*

Loranthus bracteatus *Heyn.* IV. 306 (No. 151) *et* L. bracteatus *Rich.* IV. 317 (No. 236); *prior, docente Celeb. Steudelio,* Loranthus Heyneanus *Schult.*

Nauclea rotundifolia *Roxb.* IV. 345 (No. 13) *et* N. rotundifolia *Bartl.* IV. 346 (No. 22); *posterior* Nauclea Haenkeana *Steud*

Coffea microcarpa *DC.* IV. 499 (No. 4) *et* C. microcarpa *R. et Pav.* IV. 502 (No. 30); *prior secundum Celeb. Steudelium* Coffea Perrottetii (?) *quae vero nec in Prodromo Candolleano nec in nomenclatore Steudeliano reperitur.*

Tom. V.

Vernonia Poeppigiana *DC.* V. 20. (No. 31) *et* V. Poeppigiana *DC.* V. 55 (No. 228); *posterior, ab Illust. Steudelio omissa, mihi* Vern. argyropappa.

Vernonia acuminata *DC.* V. 22 (No. 94) *et* V. acuminata *Less.* V. 47. (No. 186); *prior mihi* Vernonia cuspidata, *nomen a Celebr. Steudelio quoque propositum.*

Eupatorium pinnatifidum *DC.* V. 149 (No. 54) *et* E. pinnatifidum *Ell.* V. 176 (No. 232); *prius mihi* Eupatorium pinnatifissum *(E. pinnatisectum Steud.)*

Aster cordifolius *L.* V. 233 (No. 49.) *et* A. cordifolius *Mx.* V. 241 (No. 100), *in Indice quidem a me notati, in Praefatione vero omissi; posterior cum* Biotia corymbosa *DC. conjungendus*

Baccharis semiserrata *DC.* V. 404 (No. 38) *et* B. semiserrata *DC.* V. 419 (No. 149); *posterior mihi* Baccharis hemiprionodes; *Celeb. Steudelius priorem delendam et nomen in B. Sternbergiana mutandum putat.*

Baccharis microphylla *DC.* V. 406 (No. 57) *et* B. microphylla *H. B. et K.* V. 407 (No. 65); *prior mihi* Baccharis Candolleana, *nomen a Celeb. Steudelio quoque adoptatum.*

Tom. VI.

Helichrysum leptolepis *DC.* VI. 170 (No. 9) *et* H. leptolepis *DC.* VI. 194 (No. 136); *prius mihi* Helichrysum Candolleanum *(H. detersum Steud.)*

Helichrysum caespitosum *DC.* VI 173 (No. 23) *et* H. caespitosum *DC.* VI. 182 (No. 70); *prius mihi* Helichrysum barbellatum, *posterius Steudelio H. conglobatum.*

Senecio tripartitus *Rich. et Less.* VI. 372 (No. 174) *et* S. tripartitus *DC.* VI. 418 (No. 456); *posterior mihi* Senecio megapotamicus, *prior Cel. Steudelio Senecio triplipartitus.*

Senecio adscendens *Bojer* VI. 378 (No. 217) *et* S. adscendens *DC.* VI. 423 (No. 492); *posterior mihi* Senecio andinus (*S. floccoso-araneosus Steud.*)

Senecio heterophyllus *Thunb.* VI. 379 (No. 226) *et* S. heterophyllus *DC.* VI. 414 (No. 429); *posterior mihi* Senecio pilquensis *(S. phyllomorphus Steud.)*

Senecio subnudus *DC.* VI. 405 (No. 381) *et* S. subnudus *DC.* VI. 428 (No. 522); *posterior mihi* Senecio cymbalarioides, *prior Steudelio S. subpeltatus.*

Senecio laciniatus *DC.* VI. 411 (No. 413) *et* S. laciniatus *H. B. et K.* VI. 426 (No. 511); *prior mihi* Senecio Swartzianus, *posterior Celeb. Steudelio S. lacinifolius.*

Senecio cinereus *Coll.* VI. 418 (No. 453) *et* S. cinereus *Morett.* VI. 436 (No. 595); *posterior* Senecio Morettii *DC. (in literis), Celeb. Steudelius utrumque nomen immutatum citat.*

Centaurea rigida *W.* VI. 580 (No. 73) *et* C. rigida *Russel* VI. 604 *(sine numero); posteriorem Cent. Russelianem nuncupavi, nomen prius vero restituendum est, quum Cent. rigida W., observante Celeb. Steudelio, cum* Centaurea rigescenti *Horn. conjungenda sit.*

Cirsium polycephalum *DC.* VI. 639 (No. 27) *et* C. polycephalum *W.* VI. 655 (No. 130); *prius mihi* C. Candolleanum *(Cirs. byzantinum Steud.)*

Tom. VII.

Hieracium gracile *Froel.* VII. 231 (No. 119) *et* H. gracile *Hook.* VII. 236 (No. 160); *prius mihi* Hieracium Froelichianum, *posterius Celeb. Steudelio H. Hookeri.*

Blumea chinensis *Hook. et Arn.* VII. 283 (No. 96) *et* B. chinensis *DC.* VII. 444 (No. 70); *prior mihi* Blumea Hookeriana *(B. Arnottiana Steud.)*

Scripsi Hamburgi mense Octobri 1842.

H. W. Buek, M. D.

ADDENDA ET CORRIGENDA.

In Parte priori.

Pag. 25.	*Col.* 2.	*Lin.* 1.	*pro* Arcnaria *lege* Arenaria.
- 28.	- 2.	- 25.	*post involutum Labill. adde: multicaule Mx.* I. 555
- 41.	- 1	- 44.	*pro Belocre lege Beloere.*
- 56.	- 2	- 4.	*post Calanchoe Pers. adde: pinnata Pers.* III. 396.
- 170.	- 2	- 41.	*pro et lege ex.*
- 184.	- 1	- 22.	*post atrosanguinea Sweet adde: corydaliflora Sweet* I. 656.
- -	- -	- 29.	*post selinifolia Sweet adde: setosa Sweet* I. 652.
- 213.	- 2	- 18.	*pro italium lege italicum.*
- 218.	- 2	- 35.	*post* fruticosus *Desf. adde: fruticosus Houtt.* II. 122.
- 228.	- 1	- 7.	*post* sertularia *DC.* III. 124 *adde* 484.
- 358.	- 2	- 49.	*post Schiedea Bartl. adde: martinicensis Rich.* IV. 481.
- 423.	- 2	- 39.	*pro Zozimia lege* Zozimia *et adde: (Zozima).*

In Parte posteriori.

Pag. 11.	*Col.* 2	*Lin.* 31.	*post millefolia L. adde mixta L.* VI. 18.
- 112.	- 2	- 4.	*post* pyrifolia *Don. adde: revoluta Don.* VII. 10.
- 188.	- 2	- 37.	*deleatur: lobatus Poir.* VI. 432.

A

C

*) rectius Cerionanthus IV. 673.

*) conf. Praefatio.

*) conf. Praefatio.

*) conf. Praefatio.

*) conf. Praefatio.

D

*) conf. Praefatio.

E

*) conf. Praefatio.

*) lege: umbellaris *DC.* III. 485.

F

G

*) conf. Praefatio.

H

*) conf. Praefatio.

I J

*) conf. Praefatio.

K

---

*) rectius Leiocarpaea III. 484

*) conf. Praefatio.

*) conf. Praefatio.
**) conf. Praefatio.

*) conf. Praefatio.

*) conf. Praefatio.

*) conf. Praefatio.

M

*) delendum, est enim Charianthus ciliatus III. 485.

*) conf. Praefatio.

---

*) conf. Praefatio.

N

*) conf. Praefatio.

P

*) conf. Praefatio.

Q

R

*) conf. Praefatio.

*) conf. Praefatio.

*) conf. Praefatio.

*) conf. Praefatio.

*) conf. Praefatio.

(* conf. Praefatio.

*) conf. Praefatio.

---

*) conf. Praefatio.

V

Berolini, formis Nauckianis.

GENERA, SPECIES ET SYNONYMA
CANDOLLEANA
ALPHABETICO ORDINE DISPOSITA,

SEU

INDEX GENERALIS ET SPECIALIS

AD

A. P. DECANDOLLE

PRODROMUM SYSTEMATIS NATURALIS
REGNI VEGETABILIS.

PARS II.

(CONTINENS TOMOS OPERIS CANDOLLEANI QUINTUM, SEXTUM ET SECTIONEM PRIOREM SEPTIMI).

AUCTORE

H. W. BUEK, M. D.

BEROLINI,

SUMPTIBUS LIBRARIAE NAUCKIANAE.

1840.

PRAEFATIO.

Quod vulgo fieri solet, ut, qui librum in lucem edituri sunt, commendare ipsum lectoribus aequis studeant, id mihi hanc qualemcumque praefationem scribenti haud licet, quum bene sciam, libellum a me confectum non tam lectum, quam potius delibatum et quasi per frustula decerptum iri. Nihilominus mihi persuasum est, utilitatem, quam ex illo percipiant quicumque in botanicis studiis versantur, tantam fore, ut neque excusari neque defendi debeat quum opusculum ipsum, tum opera et tempus quantum ei conficiendo impendi, tum libri hujus editio. Neque tamen mihi tantum tribuo aut sumo, ut quicquid bonae frugis et excellentiae inest et botanicorum laudibus omnino dignum meo ingenio meoque studio deberi existimem. Id si facerem, similis profecto essem aviculae isti, quam aquilae dorso insidentem ejusque nisu in altum elatam, regios honores illi debitos sibi vindicasse fabula narrat. Operis enim auctor et parens, cui vitam debet ac gratiam, quam apud omnes Botanices studiosos inveniet, clarissimus ille est, in eo genere studiorum, quae sibi ornanda delegit, paene princeps meoque praeconio major, qui ipsum *Prodromum* scripsit et lubenter, ne ipsi bonum otium ad graviores partes perficiendas surriperetur,

mechanicam mero operis partem, i. e. indicem generalem et specialem, a me suscipi passus est. *Illius* sunt quaecumque in opusculo meo offeruntur, meo tantum labore in ordinem alphabeticum disposita, ut facilior sit eorum usus et magis expeditus ad Botanices quasi sacraria botanophilorum aditus. Mea si sunt aliqua merita, unice in diligentissima operis Candolleani perscrutatione accuratissimaque citandorum nominum, synonymorum et paginarum cura profecto sunt quaerenda, quae ne in Indice desiderarentur, indefesso studio ac labore, quod sine ulla gloriolae cupiditate profiteri possum, plaudente, uti spero, botanicorum corona, omnem meam curam et operam collocavi.

Index Candolleanus, quatenus adhuc confectus est, *duabus* edetur *partibus*, quarum *prior*, tomos quatuor primos Prodromi complectens, jamjam sub prelo est et brevi emittetur; *posterior*, tomum quintum, sextum et sectionem primam septimi comprehendens, nunc prima, praepostera quidem, in lucem prodit. Quam vero ordinis inversionem neminem non probaturum esse equidem nihil dubito, quum hi, quos primos indice instrui curavi, tomi, novissimam et locupletissimam magnae *Compositarum* familiae Monographiam exhibentes, majori certe plerorumque, ne dicam, omnium botanicorum cura et quotidiana quasi consuetudine gaudeant, eorumque index edendus a multis jamdudum exspectetur. Pars tertia, et fortasse quarta, posthac consequetur, si Deus O. M. quum mihi, tum, quod praecipuum est et ab omnibus profecto, qui Botanices studiosi sunt, candidissimis precibus exoptatur, viro maxime venerando, *Prodromi auctori*, vitam et vires, quae ad perficiendum tantum opus requiruntur, suppeditare velit.

Quod ad ordinem typographicum attinet, nonnulla praemittenda videntur. Nomina in Prodromo *recepta* li-

teris rectis (*antiquis*), *non recepta* (Synonyma) obliquis (*cursivis*) describuntur. *Classes* et *subclasses* exprimuntur capitalibus majoribus (THALAMIFLORAE), *ordines* et *tribus* capitalibus majusculis (COMPOSITAE, *ACTINOPHYTUM*), *subtribus*, *divisiones* et *subdivisiones*, capitalibus minoribus (PECTIDEAE, *GALARDIEAE*) *genera* et *species* vulgaribus (Blumea chinensis), *generum subdivisiones* (subgenera) in Prodromo receptae obliquis, addito in parenthesi generis nomine [*Acilepis* (Vernonia)]. — Primus, qui post nomen quodcumque receptum citatur, auctor est nominis, quale in Prodromo ponitur, ceteri Synonymorum vel nominum sensu a Prodromo discrepante usurpatorum auctores. — Illorum, quae vel addenda vel emendanda ad calcem tomi cujusque notavit celeberrimus Prodromi auctor, in Indice mentionem feci vel rationem habui.

Restat ut de nominibus quibusdam specierum mutandis pauca adjiciam. Occurrunt nempe in Prodromo Candolleano, lapsu fortasse memoriae in vastioribus generibus vix evitando, nomina aliquot specialia *bis* posita, quae alphabetica nominum dispositione tantum, et certe facili negotio, poterant reperiri. Clarissimus auctor, quocum quaecumque ejusmodi reperta erant, communicavi, nomen alterum ubique esse delendum et novum illi substituendum persuasus, lubentissime mihi concessit, ut nomina nova, quae vel ipse dedit, vel a me proposita probavit, posthac ab ipso indicanda, jam nunc publici juris facerem. Sunt autem haec:

Tom. V.

pag.			
32	Vernonia acuminata *DC.*	mutanda in:	Vernonia cuspidata *Buek.*
55	— Poeppigiana *DC.*	— -	V. argyropappa *Bk.*
149	Eupatorium pinnatifidum *DC.*	— -	E. pinnatifissum *Bk.*
404	Baccharis semiserrata *DC.*	— -	B. hemiprionodes *Bk.*
406	— microphylla *DC.*	— -	B. Candolleana *Bk.*

Tom. VI.

pag.				
170	Helichrysum leptolepis *DC.*	mutand:	in:	H. Candolleanum *Bk.*
173	— caespitosum *DC.*	—	-	H. barbellatum *Bk.*
411	Senecio laciniatus *DC.*	—	-	S. Swartzianus *Bk.*
414	— heterophyllus *DC.*	—	-	S. pilquensis *Bk.*
418	— tripartitus *DC.*	—	-	S. megapotamicus *Bk.*
423	— adscendens *DC.*	—	-	S. andinus *Bk.*
428	— subnudus *DC.*	—	-	S. cymbalarioides *Bk.*
436	— cinereus *Morett.*	—	-	S. Morettii *DC.*
604	Centaurea rigida *Russ.*	—	-	C. Russeliana *Bk.*
639	Cirsium polycephalum *DC.*	—	-	C. Candolleanum *Bk.*

Tom. VII.

231 Hieracium gracile *Froel.* mutand: in: H. Froelichianum *Bk.*
283 Blumea chinensis *Hook. et Arn.* mutanda in: B. Hookeriana *Bk.*

Haec quidem habui, quae lectorum gratia in praefatione Indici Candolleano praefigenda breviter dicenda putavi, opera mea et cura ut viris harum rerum peritis probetur, etiam atque etiam optans.

Hamburgi, mense Augusti 1840.

H. W. Buek, M. D.

ADDENDA ET EMENDANDA.

Pag. 13	Col. 2	Lin. 22	pro	carthamoides ***Hamilt.***	lege carthamoides ***DC.***
-	-	- 23	-	caespitosa ***Wall.***	- caespitosa ***DC.***
-	-	- 26	-	denticulata ***Wall.***	- denticulata ***DC.***
-	-	- 42	-	uniflora ***Wall.***	- uniflora ***DC.***
- 14	- 1	- 2	adde	***Apuleja Zeyheri Less.*** VI. 515	
- 17	- 2	- 32	pro	***canenses***	lege ***canescens***
- 18	- 1	- 13	-	***β Fastigiata***	- ***β fastigiata***
- 20	- 2	- 11	-	***Candolleana Bees.***	- ***Candolleana Bess.***
- 21	- 1	- 39	-	***rupestris Pill.***	- ***rupestris Pill. et Mitt.***
-	-	- 40	-	***rupestris Vill. et Mitt.***	- ***rupestris Vill.***
- 25	- 1	- 15	-	glabellus ***Nees*** V. 241	- glabellus ***Nees*** V. 242
- 61	- 2	- 12	post	***sinuatum Ledeb.***	adde ***sinense Sabin.*** VI. 42
- 76	- 1	- 12	pro	V. 571 VII. 298	lege V. 571 VII. 289
- 81	- 2	- 3	post	***biflora Less.***	adde ***glabrata Lindl.*** V. 353
- 181	- 2	- 36	pro	***columnae***	lege ***Columnae***
- 194	- 2	- 6	-	***arvensis MB.*** VI. 633	- ***arvensis MB.*** VI. 643
- 201	- 2	- 45	-	Spilacron	- ***Spilacron***

A

*) vide Centrolaena.

*) rectius Blennosperma vid. VII. 287.

*) conf. Praefatio.

B

*) est Aplopappus Hookerianus DC. VII. 280.

*) conf. Praefatio.

*) conf. Praefatio.

*) conf. Praefatio.

*) Genus cum Brachycoma conjungendum. VII. 277, 299.

C

---

*) conf. Praefatio.

*) conf. Praefatio.

*) vide Dysinanthus.

---

*) ad Polyactidium Sprengelii Schlecht. referendum VII. 274, 275.

*) ad Polyactidium Sprengelii Schlecht. referendum VII. 274, 275.

*) est Bulbostylis diffusa DC. VII. 268.

*) conf. Praefatio.

F

H

*) conf. Praefatio.

*) conf. Praefatio.

*) conf. Praefatio.

*) delendum, est Crepis Bungei Ledeb. conf. VII. 164.

I J

*) rectius Jocaste VII. 298.

K

L

---

*) lege chillense. VII. 307

---

*) delenda et ad Jasoniam glutinosam referenda VII. 280.

M

*) delenda et ad M. cretensis var. β referenda VII. 307.

*) delendum et in *Psiloderis* mutandum VII. 298.

*) delenda et forsan ad Caleam pinnatifidam referenda VII. 271, 294.

*) delenda; est enim Eupatorium Schlechtendahlii DC. VII. 269, 271.

*) est Leptorhynchos aureus et ideo genus delendum VI. 679.

N

O

P

*) rectius pro Microderis. VII. 299.

Q

R

*) conf. Praefatio.

*) conf. Praefatio.

*) conf. Praefatio.

*) conf. Praefatio.

*) conf. Praefatio.

*) conf. Praefatio.

*) delenda; est enim Metabasis aethnensis DC. VII. 307.

**) delenda; est Metabasis cretensis DC. VII. 307.

*) deleudum et in *Microcoma* mutandum. VII. 306.

T

*) conf. Praefatio.

---

*) conf. Praefatio.

W

X

Berolini, formis Nauckianis.